

✠ Lectio sancti Evangélii
secúndum Ioánnem

18, 33 b-37

In illo témpore:

^{33b} **D**ixit Pilátus ad Iesum:
«Tu es rex Iudæórum?».

³⁴ Respóndit Iesus:
«A temetípso tu hoc dicis,
an álii tibi dixérunt de me?».

³⁵ Respóndit Pilátus:
«Numquid ego Iudæus sum?
Gens tua et pontífices tradidérunt te mihi;
quid fecísti?».

³⁶ Respóndit Iesus:
«Regnum meum non est de mundo hoc;
si ex hoc mundo esset regnum meum,
minístri mei decertárent,
ut non tráderer Iudæis;
nunc autem meum regnum non est hinc».

³⁷ Dixit ítaque ei Pilátus:
«Ergo rex es tu?».
Respóndit Iesus:
«Tu dicis quia rex sum.
Ego in hoc natus sum
et ad hoc veni in mundum,
ut testimónium perhíbeam veritáti;
omnis, qui est ex veritáte,
audit meam vocem».

Verbum Dómini.